



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatus De Fiducia In Deum Plurimas Et Utilissimas pro  
vitâ spirituali instructiones Continens, Præcipue Ad  
Obtinendam magnam animæ quietem, & afflictiones  
quascunque ingenti cum solatio & fructu ...**

**Dusault, Nicolas**

**Coloniæ Agrippinæ, 1660**

§. 4. Quidquid nobis acciderit, tamqua[m] optimum de manu Dei  
accipiendum

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50333](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50333)

sano amore diligit filium suum in quibus  
 cogitationes omnes, affectiones, consolatio-  
 nesque perpetuo defixas habet, sine quo  
 videre quidquam delectat, nec delectari  
 bet nisi cum illo, de quo cum loquitur,  
 amore excœcatus nescit quid dicat.

## §. IV.

*Quidquid nobis acciderit, tanquam optimum  
 de manu Dei accipiendum.*

**E**T dubitabit adhuc quisquam de tam  
 regulari Dei in homines charitate? an  
 re poterit ne scorpionem ab eo accipiat  
 ovo aut pro pane lapidem? Aut quis autem  
 murmurare & queri de infinita ejus boni-  
 & sapientiâ quod inæqualiter bona huius-  
 tæ dispertiat, sciens id non improvidè ab-  
 fieri, sed spectari majus bonum cuiusque  
 quod semper intendit. Quid ergo refert  
 unus præ altero honoribus excellat in  
 mundo, ille sanitate gaudeat, iste morbo  
 fligatur, alius divitiis affluat, alius pauper  
 prematur & inopiâ? *Hæc omnia operatur  
 atque idem spiritus dividens singulis  
 vult, ut in re simili pronuntiat Apostolus*  
 non enim alium finem respicit Deus in  
 suorum distributione bonorum quam  
 sectum & emolumentum nostrum, in



constituit gloriam suam. Hinc à Deo opt: ma-  
 ximo non nisi maxima dona recipimus. Id-  
 circo vocatur à Theodoro: *oratione de*  
*fide Θεὸς μεγαλόδωρος.* Et à Philone Judæo  
*Philo de plant Noe. φιλόδωρος ἀνεκίτως ἀί-  
 τας τελειότητος τοῖς εὐδαιμονῶσι.* Si bona,  
 inquit Job, *suscipimus de manu Domini,*  
*mala quare non suscipiamus?* Job. 2. Quæ ra-  
 tio à mundanæ Philosophiæ sensu videtur  
 abhorrere. Sed innuere voluit vir sanctus ut  
 quæ bona à creaturis nobis obvenierunt, ea  
 consideremus quæ & qualia sint, & quo mo-  
 do donata, nam verè vanitati inconstantia-  
 que subjecta sunt. Unde Philosophus Seneca  
*Epist. 4. prudenter monet. Noli huic tranquil-*  
*litati confidere momento mare vertitur & eo-*  
*dem die, ubi luserunt navigia, serbentur.* Non  
 sic Deus agit nobiscum, procul ab illo ludi-  
 cra beneficentia: non benefacit nisi ut me-  
 liores nos faciat & perfectiores quàm simus;  
 id quod sufficere nobis debet ut certò nobis  
 persuadeamus ejus nutu & consilio accidere  
 nobis omnia, tam pacem quàm bellum, tam  
 contumelias quàm blanditias, tam inopiam  
 quàm abundantiam. Omnia hæc ab uno,  
 quia omnia ab eadem manu proficiscuntur.  
*Sæviat, inquit S. Augustinus, quantum vult,*  
*Pater est; sed afflixit nos, sed contrivit nos;*  
 Pater



Pater est. Certus sis quod hic rigor non accetetur à tali Patre in filios suos nisi ad maius emolumentum illorum. Quare si bona largitus est nobis, læto animo percipimus: cur non eodem mala quæ immittit, suscipimus? nam utraque tam mala quam bona faciunt ad beatitudinem nostram quam ipsa æternitate nobis desideravit & ad quam in tempore cooperatur nobis Deus: Hoc meo iudicio sensus illorum Jobi verborum: Si bona suscepimus de manu Domini &

## §. V.

*Consolatio egestate laborantium.*

**V**erum pauper es! Deus sic voluit, fortassis si dives esses, te perderes. Rogo te sedulo ne quid attentas contra divinæ providentiæ dispositionem: Si abjicere vis statum in quo vivis, vide ne cœlum Considera quæso, omnes illos qui per nefas contra Dei voluntatem divitias conserunt, ubi modo sunt? Ad quam tandem redacti sunt? *Vbi sunt Principes tium*, quærit Propheta Baruch. 3. *qui argentum thesaurizant, & aurum in quo confidunt mines, & non est finis acquisitionis eorum, argentum fabricant & solliciti sunt, nec est ventio operum illorum? ubi sunt* Anthro